



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

B:2. ~~423~~ 423:


U.S. Natl. Mus. v. D. Clement, VT, p. 120.



UNIVERSITE



9



IN HOC LI-

BELLO CVRA ET DILIGENTIA

Ioachimi Camerarij Qu. perfecta, hæc insunt.

ERRATVM. In quo araterr quadraginta loca autorū cum ueterum, tū recentiū notātur.

AEOLIA. In qua exponuntur nomina locis ventorum Graecæ et Latinae.

PHAENOMENA. que est siderum et stellarum historiola.

PROGNOSTICA. Vbi supra trecenta et triginta indicia tempestatiū memorantur.

LECTORI.

Hec opere quoq; difficile per se in labore

Et studij magna sedulitate mei,

Sint accepta tibi, simul et peto gratia per te

Contingat uenire, qui legis ista, mihi.

Quod meas si curam et studiū nunc forte probarim,


Scripta probata tibi non magis esse uelim.

Hoc satis est, alijs librorum copia laudem,

Et pariat bonitas ingeniosa decus.

Non unū dat cuncta Deus. Negat hoc mihi, uerum.

Idem aliquid magnis bis quoq; forte negat.



ERRATVM

sive οὐδὲ πατέρων ad amicum.



D M O N I T V S A T E H V
manissime, non solum non
irascor tibi, quod pleriq; so-
lēt castigātibus, sed magnas
etiam gratias ago, neq; si er-
rauerim, nimium me pudet, quod ut So-
phocles ait, cōmune est omnibus morta-
libus. Et quanq; nonnihil eruditioñis, ut
spero, studio industriaq; mea consecutus
sim, tamen ad aliquam perfectionem ir-
repræhensibilem me peruenisse profleri
non ausim, quod neminem unq; q̄uis glo-
riosum & ostentantem bona sua fecisse ar-
bitror. Cunc; sciuerint multi multa, nem
nem existimo inuentum, qui diceret se te-
nere oīa. Sed de hoc paulo post. Nunc tecū
agam, cui profecto minime simulate gra-
tias ago, qui me, ut dixi, humanissime ad-
monueris lapsum me nuper esse & in nu-
meris uersuum meorum, Quid enim est
aliud usurpare quod ueterū nullus. Et in

a 2 histo

ERRATVM

historia deceptum, qui uoluemus intelligi cor
nigerum Iouis simulacrum apud Garamatas
fuisse. Cum uero cogito, non uidetur una
utriusque eademque esse ratio. De qua re pauca
te uolente, ut mihi, per amicitiam nostra ipsua
deo, nunc scribere tibi statui. Ac neutrum
quidem sic defendere conabor, ut oratores
eas caussas video in quibus freti innocetia
rei multum sibi confidunt, refellentes quod
ab aduersariis obiectum fuit. Non tamen
ita indefensam caussam tibi tradam ut co
tedam tibi doctissimo viro in scazonem er
ratum esse, siquidem hoc sentis, in penul
tima si creticus non sit positus, quod ne
ipsum quidem diserte dicitur, cum Iambus
nisi fallor, dici debeat, nam ad quartum locum illa
altera syllaba pertinet, neque ullus nomina
uit in Iambico uersu acatalepto Creticum.
Sed ego non, inquam, concedam tibi ante spondeum terminalem non nisi iambum
poni oportere in scazonem. Quanquam
video neque spondeum neque trisyllabum pes
dem illo in loco quamuis impari, facile es
se apud ueteres reperire, tamen non ideo
ut puto, iambum unum ibi collocari ne
cessere.

cesser est. Nam refugere nunque poetæ pro
iambo tribrachyn, is enim idem ualet, usur-
pare, necque ego qui idem feci ab illis dissen-
tire uideri debedo. Non possum negare e-
quidem, nullū in præsentia exemplū sup-
petere, quo meū factum subleuetur. Etsi
uideor, quod ipsum decet curam ac diligē-
tiam quæ mihi à te tribuitur, ut ego qui-
dem interpretor laudis nomine, profe-
cto notasse alicubi ita tribrachyn positū,
nisi forte hoc imposuit mihi, quod apud Græ-
cos spondeum reperi, fieri enim queat, ut
curam illud cogitationemque meam per-
strinxerit. Si enim hoc feratur, quis dubi-
tet illud tolerabilius esse, ubi tempora cū
iambo congruant. Apud Græcos autem
uersus ita se non dubio habent. Quorum
unum aut alterum retulisse nunc quidem
sufficiat. ex epitaphio Hiponactis.

οὐ μονσποιος αὐθαδ' ιπτωναξ κέτου.

Ex Ananio iambopoio. κή σῦκα δαια κή δύν
θεῖς αὐθεόπων. & iterum.

γνοίη χρῶν τὰ σῦκα τῆς χρυσοῦ κρέατων.

Sed absque hoc potuit certe fieri, ut mi-
nime natura & ingenio Musicus ita sim-

ERRATVM

ratiocinatus, non esse viciosum pro iam
bo tribrachyn etiam hoc loco stare, cum
id alias fieri solere scirem . Ac significas
quidem hoc à ualde docto homine notatū
in uersibus nostris, & alteri similiter erudi-
tione claro perscriptum, quod tantum ab
est ut perturbarit animū meum, ut etiam
multum delectauerit. Et ille quidē ualde
doctus de quo significaras, quis fuerit, nu-
per adeo intellexi, cum in illius quasdam
epistolas incidissēm, in quarū una hoc in-
fuerit . Quo ego mihi nomine, fatebor enī
cōpī nōnihil placere. Necq; enim is quod
iudicauit lectione dignum libellū nostrū
paruum honorem mihi habuit, Et proba-
uit certe in uniuersum, nō enim aliter par-
ticulas notandas duxisset . Antea autem
quām hoc resciuissēm, non aberat suspicio
te illius docti mentionem finxiſſe, ne tua
repræhensione offenderes animum meū,
quæ mihi sententia non potuisset non ad
modum improbari. Cum enim plurimis
& clarissimis signis uoluntatem erga me-
tuam perspexerim, facere ne possem, ut
quem comodi et honoris mei cauſſa mo-
nere

monere me arbitrarer, ei ego ut irascerer
aut succenserem? Nisi tu me in eorum te-
numerum retulisse censes, qui solam hanc
laudem petunt, infelicissimi homines inge-
nij, ut aliorum scripta carpendo famam
ipsi colligat. Vnde istae miseræ exquisitæ
reprehensiones dicam an calumnias, lite-
ræ aut syllabæ, quas ne nos quidem effu-
gimus, quia esset alicubi in nostris pro-
priora scriptum & pollici, plane incōgru-
enter. At nos satis locus defendere pote-
rat, nisi præstringeret oculorum mentisq;
aciem obtrectatio, propiora enim et pol-
luci, librariorum negligentia ita fuerat de-
prauatum. Male uero nobiscum agitur, si
librariorum etiam somnolentia & uinofi-
tas luenda est. Sed illi quos diximus qu-
mirum inuenire in alieno libro quod car-
pāt, qui uni huic curæ animū intenderit,
cū autoris in diuersas cogitationes et ab ijs
quæ scripsisset, & quæ pspiceret scribēda
distractus animus nō potuerit, qd aiunt,
ambabus manibus cōpræhendere præsen-
tia. Nec igitur qui uidit quod effluxerit
alteri, quiq; sublegit illud, laudem, necq;

a 4 cui

ERRATVM

cui ex magna copia, quasi opum & facultatum studiorum excidit quippiā, repræhensionem magnopere meretur, quorum illius in paupertate perq̄ ridicula gloria huius splendida consolatio futura sit relia quum adhuc ingetū & industriæ suæ bonorum plurimum. Sed redeo ad rem, deq̄ sc̄azonte iuxta Sophocleum carmen, οὐ φημι καπόφημι οὐκέχω τί φῶ. Quanq̄ sa tis mihi esse poterat, q̄ cura mea digna obseruatio, in hoc ipso errato, si quidem est, apparet, cum pede æquíparato iambo usi simus, cui si ille libenter cessit de secundo et quarto, ne grauetur hoc loco admittere. Sed contra exempla audere nō oportuit. Fortasse est hoc verum, & si quis est in usu latinitatis timidus, is ego profecto sum, Verum hac in parte decepta est cura cogitatioq̄ nostra, fateamur ergo peccatum ne versando tractandoq̄ illustremus modo, sperantes huius & à te & ab alijs gratiam, ἐπεὶ αἱ μῆτεῖν αἱ θρώποις εἰνός, ut Euripides ait. Venio nunc ad historiam. Equidem non ignorabam ne tum quidem cum Ammonis simulacrum meo uersu ascripsi

Ga.

Garamantibus, Herodotum huius Iouis templum Ammonijs attribuere, ex quo puer coepi autore discere Graecā linguā. Sed memineram Lucanum ita canere.

Ventum erat ad templū Libycis quod gentibus ~~unum~~
— Inculti Garamantes habent.

Idq; era t aptius numeris nomen, quod nos non spernendum autorem secuti assū mere non dubitauimus, maxime: com usū tatum poetis esse sciremus, & gentiū certarum nomina pro totis terris ponere, & uicina loca uicinorū appellationibus cōpræhendere. Sed sim sane lapsus in utroq;
Quis omnium quæsto mortuum non ab errauit aliquādo à uero necq; deceptus est? Imò, sic ego cōperio ineuitabile hoc esse, ut ferè quo magis certarum quicq; rerum singulari studio tenentur, ita illis hoc citius accidat ut de uia declinent. Fit fortasse ut diuturnus usus rerum securos & negligentes reddat: fortunam etiam puto magnos claroscq; uiros conuellere, inimicam successibus & elationi. Est autem hoc quoq; inter miserias ingenij humani, ut errorem manifestū sāpenumero amplectatur, non

a s tamen

tamen uidens ac uolens, sed pro uero
& recto, cum assensus à ueritate obscurio-
re deflectens ad' præsentem opinionem,
quasi procella cogitationum appellitur.
Quod ipsum & Horatius sensit cum sic
cecinit.

Maxima pars uatum Deapimur spece recti.

Ita cernimus fieri, ut quod quis in mani-
bus tenet requirat, & aliquid dicere cupi-
ens diuersam ac contrariam sententiam e-
nunciet, ut qz est in græco prouerbio ἀμοδος
απει τῶν οὐσιῶν επιφερεῖται σκαφλῶ. In scri-
ptis quidem Græcorum inuenio Augu-
stum Cæsarem liberasse quendam senten-
tia sua circumuentum & oppressum frau-
de inimicorum falso iudicio. Qui cū gau-
dio exultans gestiret, gratitudinē animi
sui uerbis declarare Principi, recēte adhuc
ira & indignatione acceptae iniuriae, exclama-
misse fert, gratias illi se immortales age-
re, à quo cauſsa effet scelestē et p̄fide iudica-
ta. Qua uero, ut ita loquar, gnauitatem sur-
repant errata nobis, non facile dixerim,
ac cupio te ipsum hac de re paululū cogi-
tare. Inuenies enim in hac diuinitate ani-
mi &

mis & rationis nostræ humanæ fragilitatis plurimum. Est autem uerum & rectū quasi in círculo mediū punctum proposi-
tum omnibus, ad quod consiliū et actionū
quasi sagittas dirigant, sed cōtingere pau-
cis datur, ac ne illis quidem sēpius. Tot
sunt & tā proclives aberrandi modi. Neq;
enim cum sunt maxime annisi, qui ad pro-
positum signum iacula emittunt, non sa-
pe longissime aberrant, quamuis multū
periti & exercitati iaculando. Neq; do-
ctis prudentibusq; uiris perpetuo succe-
dunt omnia, constantemq; seruant teno-
rem ac nonnunq; peruerteruntur. Quod nō
eò dico quasi & ipse me talibus connume-
rans, præstantiam meam iactitem in stu-
dijs literarum, quanq; cum sim ab ineun-
te ætate in his uersatus, nisi aliquē m ih̄
pfectū iure uendicem, culpa hæc mea sit,
neq; repræhēsione sim cariturus. Sed hæc
potissimum eò tendunt, ut meum peccatū
si excusari purgariq; nō possit, hoc pacto
inuoluatur & delitescat. Sunt autem siue
errata siue peccata nominemus, duplicitia
ferè. Nam aut imperitia & amentia & in-
ertia

ERRATVM

ertia homines uerum rectumq; nō attin-
gunt. In quibus uix potest esse ueniæ lo-
cus, cum cuiusq; sponte & uoluntate cō-
missa fuerint, & dictis & factis, atq; adeo
cogitationibus. Vitam enim totam scele-
rate & nefarie degunt stulti & uecordes.
Ignaros autem artium & ineruditos, quis
æquo illas animo ferat temeritate sua con-
taminare? Sed peccatur etiam infirmitate
& errore qdā nō uoluntario neq; animad-
uerso, cū animum aut obliuio obscurauit,
quæ Græcis sunt μημνικά & μηπίματα,
aut sefellit opinio, aut defecere uires. Quæ
cū nemo unq; uitare penitus potuerit, ig-
noscere nō secus quisq; bonus ac sibi cū in-
alio cognouit solet, non ignarus commu-
nis esse sortis & imbecillitatis ingenij hu-
mani, neq; magis succenset hoc modo la-
psis, q; si qui forte in tenebris offenderint,
aut morbo conciderint, quibus non solent
írasci, nam miseret illorum : írascerentur
autem, si ebrj aliquo incurrisse aut cecidis-
se dicerentur. Nihil est enim minus audie-
dum, q; quum tales uesanias prætexūt im-
probi peccatis suis, ut uel per íram, uel in
cogis

cognitantiā, uel ebrietatem, uel negligētiā commisissē dicant, atq; hinc deprecationes ducunt, crīmē crīmine exaggerantes. Quibus quidem nō solū uenia nulla, sed duplicata poena debeat, sicut et ueteres Legislatores statuisse accepimus. Etsi min⁹ sanè etiam à doctis quibusdā peccati putatur, cum quasi præteruehuntur rationem affectus, non etiam illam corripidunt & auferunt. Sed nobis de hoc toto genere in præsentia uerba facere opus nō fuerit, necq; enim, ut spero, nullā sic in studijs literarum laudem consecuti sumus, ut penitus ignari illarum haberi possimus, necq; non repræhensores nostri relinquunt curæ nobis & diligentiaæ aliquid. De altero igitur genere erratorum adducemus nunc exemplorum nonnihil, inter quæ nostrum perfacile occulatur, et quæ documēto sint quantum ingenium humanū posset etiam cum natura studioq; fuerit singulariter elaboratum ac percultum. Non autem in eos nunc errores quasi inquiram, quibus et historiæ refertæ, uitæ inquam et consilioq; et actionū, & quibus regna,

respu-

respublicæ, exercitus labefactati ac per-
fundati sunt. Necq; offensiones maximo-
rum Ducum memorabo, aut incursionses
Themistochis Atheniensis, cui summam
prudētiæ laudem tribuit Thucidides. Nō
etiam clarissimi uiri Pompei, aut doctissi-
mi Ciceronis deceptiones. Ac recipiam
me in Museum nostrum, inq; suscepto ar-
gumento permanebo, ostensurus princi-
pes bonarū artium & eruditioñis aliquid
tamen in harum tractatiõe se felisse, necq;
præstare potuisse quo minus incidenterent
iustam erratorum repræhensionem, sed
apud bonos admirabilem magis q; culpa-
bilem. Atq; hoc ipso etiam loco, omittam
celeberrimæ famæ medicos, aut à se muta-
tuo, aut ab alijs errorum insimulatos, ali-
quos etiam conuictos. Nam hoc hominū
genus nunq; potuit nec poterit concorda-
re, usq; adeo est misera hominū conditio,
de quorum salute ac capite sententiæ dia-
sporatur. Sed necq; in teteres Philosophos
sive iustas inuictiuas, sive calumnias, po-
sterorum male gratorum mortalium enu-
merabo. Quod si facere uellem, percopio
sus

sus esse possem. Quid enim oratione exponi liceret, ut tieri esset similius, q̄ in tanta rerum tenuitate ac caligine, in quanta Aristoteles plurimis in locis versatur, saepe uniuero illum impegitte cogitationes suæ in errorem? Nam ut prætermittatur alia imperuestigabilia, quis illi Nereus aut Proteus exposuit, q̄tacquid sub aqua pisces facerent, quomodo coirent, pascentur, dormirent, quantum quicq; spaciū uitæ conficerent. Deniq; de huius summi viri erratis libros quatuor Cephisodotus, qui Isocratem audierat, composuisse traditur. Quid Platonij, quem propter non sperandam homini perfectionem diuinū dixerat, nunquid multi multa errata obiecere, ut in temporum ratione & alijs in rebus memoriaz lapsus? Videtur haec nescio quomodo alienora à suscepto negotio. Et cum intueriantur qui illa ut errata content, non defunt alij qui tueantur ut recta. Sed cur quis longe abeat? In foribus sunt Homericæ & Virgilianæ repræhensiones, Nam Horatio ille alicubi dormitare, hic multis in locis maxime Aeneidos operis inab

ERRATVM:

inabsoluti, ut aitunt, Grammaticis dece-
ptus uidetur. Quale est de portu Velino,
& pictura Carthaginiensi, cum Veliam
longissimo post Troianum bellum tem-
pore conditam, & picturā, ut Plinius ait,
nondum fuisse constet. Sed contra male
uolam & rabiosam infectionē quorun-
dam, patronum Homerus Deum, Virgi-
lius egregium mortalem Pontanum na-
ctus est. Nam insanæ maledicentiae poenā
Zoilo ac Daphidæ diuinitus inflictā sci-
mus. Grammaticos autem istos admodū
Pontanus ultus est accusantes etiam ual-
de laudabilia nōnulla. Etsi profecto is ut
amatores etiam maculas oris & corporis
uicia amplectunt, ita nimis Virgilij stu-
dio nō fuisse dubitaturus uidetur, aliquid
illius erratorum quoq; defendere, quod
non fuerit necesse, cum Homerus etiam
occasionem dederit repræhensionum, cu-
ius opus propter inimitabilem excellen-
tiam Apollini fuisse ascriptum fertur. Sed
culpare tamen id ipsum nequeo, cum mi-
nime censem isti uenenatis dentibus latra-
torum turbæ concedendum errasse diui-
nos

nos hos homines, etiam si errauerint. Se-
cus autem res habet cum à studiosis & bo-
nis illa timide & religiose notatur. Quid
enim parens linguae latinæ Cicero hac fa-
pientia, studio, doctrina, nonne alicubi in
literis uacillans lapsus est? Quis autem fe-
rat erratorū illius contumeliosam repræ-
hensionem, ac non cum illo errorem am-
plecti, q̄ cum æmulis effugere malit? Sed
nobis qui ab illo sensu lōgissime absimus
non uitio uertetur, ut confido, præsertim
hacre consolationem quærentibus erro-
rum, si illius aliqua obnoxia repræhensio-
ni persecuti fuerimus. Ordiemur autem
ab ipsius confessionibus. Nam Attico scri-
bens & fatetur negligentiam suam, qua
idem proœmium. 3. Academic. præscri-
ptum fuisse, et libro de gloria. Et quas dā
dictiones locutionesq; suas corrigit. Eun-
dem nonne est notum hunc adducentem
Homeri testimonia alicubi, quæ apud illū
Hector loquitur interpretantem Aiaci,
alicubi quæ Vlysses Agamemnoni tribu-
ere. Atq; oblitum Troianorum regum ge-
nus parum scripsisse attente, raptu Gany-
b medis

ERRATVM

medis Laomedonti regi factam iniuriam
quem patrem uoluerit Ganymedis intel-
ligi, cum Homerus patruū fecerit, patrē
Troa. Eiusdem generis est & illud, qd
scripsit Herodotū tradere, Croësi filiū cū
effet infans locutū, quo ostento regnū pa-
tris et domū fundit⁹ cōcidisse. Herodotus
enī certe hoc non tradit, sed adultum filiū
Croësi qui mutus effet captis Sardib⁹ per-
culsum patris periculo, cū in illum Perſa
interfecturus irrueret, uocem rupisse mi-
litē orantē ne trucidaret Croësum. Nec
inficias iuero hanc historiā ab aliquibus
hoc modo relatam, cū & apud Pliniū le-
gatur semestrem Croësi filium in crepun-
dijs locutum, sed non debuit Herodotus
citat⁹ testis ignotæ sibi rei. Quām autem
cito fuit oblitus ueritatis, siquidem uerū
est quod in Bruto scripsit Fannium maio-
rem natu generum fuisse Lelij, cum in de
Amicitia libello diserte perhibeat ille mi-
nor, nisi quis fortasse permutationem per-
sonarum à librarijs factam ausit dicere.
Illud uero, oblitum ne quondam aliter se
tradidisse, an scientē retexuisse dicemus?

Quad

Quod de oratoris perturbationibus illis
in libris quibus Aristotelicam & Isocratice
cam orationem rationem exposuit, disse-
ruiisset ipse, in Tusculanis quæstionibus
refellens. Scis enim Antonius ibi quid di-
cat, quod probatum certe Ciceroni sentiē
dū est. Quibus omnibus uerbis quæ à me
tum sunt habita, si dolor abfuisset meus,
non modo non miserabilis, sed etiam irri-
denda fuisset oratio mea. Et paulo ante.
De me autē cauſa nulla est, cur apud ho-
mines prudentissimos atq; amicissimos
mentiar. Non me hercle nunq; apud iudi-
ces, aut dolorem, aut misericordiā, aut in-
uidiam, aut odium excitare dīcēdo uolui,
quoniam ipse in commouendis iudicibus
ipsi sensibus ad quos illos adducere
uellem, permouerer. In Tusculanis uero
quid? Oratore uero irasci minime decet,
simulare non dedecet. An tibi irasci tum
uideremur, cum quid in cauſis acrius & ue-
hementius dicimus? Quæſo autem qualis
illa est sententia, quā de morte posuit in o-
ratione pro Quintio, nonne ut uerbis cō-
cinnia, ita intellectu dissentiens, & ſeſe mu-

b 2 tuo.

ERRATVM

tuò euertens, quo nihil putatur letius. Sic
,, enī ait. Etenim mors honesta uitā quoq;
,, turpem exornat, uita turpis ne morti qui
,, dem honestæ locum relinquit. Quod si nō
relinquitur, ne in morte quidem honesta
ti à turpitudine locus, quomodo exorna-
bit honesta mors turpem uitam. Si uero
exornare debeat, repellat turpitudinē &
in illius quasi locū subeat necesse est. Si igit
tur non cauit ne in errorem deueniret Ci-
cero, in quo annitēs natura elaborasse ui-
detur, ut eximum eruditionis opus fabri-
caretur, nos homunculi scilicet tanti nos
pendemus, ut meliores haberi uelimus.
Pergam nunc ad alios, ac notasse quidē
paucissimos locos contentus ero, necq; enī
hoc ago ut in alienis scriptis ingeniosus
sim, sed ut me exemplis si non tuear, saltē
cōtegam. Didymo Grammatico tradūt
accidisse, ut aliquando nescio quali histo-
riæ uehementer refragaretur, in qua refu-
tanda cum finem non faceret prolatum
fuisse librum ipsius in quo esset illa expo-
sita & quidem copiose.

Quintilianus dissentit à Cicerōe de nu-
meris

meris quos ueteribus curæ fuisse negauerit, Herodoto Thucydidi Lissæ, docerunt in oratione præsertim Herodoti, uel naturales, ut ita loquar, inesse. At Cicero de comprehensionionum diligētia manifeste loquitur, quæ ἀσπισθί dicuntur & simili exquisitione compositionis, quā defuisse illis manifestum est. Quid ergo Fabius aliud esset cit̄ ut illum reprehendendo, se ipsum reprehensioni exponat? Iam apud Terentium ubi quæso legitur quod Varro ex illo adducit. Si omnes homines sua gaudia conferant, mea superet læticia. Quid autem notius magisq; iactatum inter literatores q; Plinium locos innumerabiles incuria quadam, ut aiunt qui modestissime loquuntur, perperam trastulisse in historiā suam? Sed nos ea exquirere in præsentia neq; necesse neq; conueniens fuerit. Certe cum Zeuxidem scribit Agrigentinis tabulam pinxit, & Cicero atq; alij tradant Crotoniatis lapsum scilicet memoria apparet. Quid illud? q; incogitanter uertit, q; Græci docerent torri squillā sauvi ή πηλωταὶ τοιανασθεγαν. fecit enī coqui illā adipe aut lu-

ERRATVM

to illitā, ut appareat ei tum s̄ēt̄i fuisse in
mēte, cuius tñ hoc loco absurdissima signi-
ficatio sit. Iam hoc ubi Hesiodus quæso
suadet uti Meracis potionibus per uigin-
ti dies ante Canis ortū totidemq; postea
Quod quidem præceptum oraculo editū
Græci tradidere, idq; ipsum placuit ut ab
ijs exponitur subiçere.

ἄνοι τὰς περὶ κώστης μετέπειτα
οἴκῳ ἐνί σκιδρῷ διονύσῳ χράθαι ῥαρέ.

Apud Græcos quidē Hippocrati unī ex
innumerabilibus Homeri interpretibus
quid in mentem uenisse putem nescio, asse-
renti nullū in oꝝ nomen apud Homerū re-
periri nisi unū καλωρό. Cum certū sit &
Aethiopum illū mentionem facere & ho-
mines sæpenumero μέροντας appellare.
At Plautus uidetur ne incogitāter in pseu-
dolo fecisse hos uersus.

*Quia sorbitione fidam ego te hodie mea,
Item sit Medea Peliam recoxit senem,
Quem medicamento et suis uenenis diatur
Fecisse rursus ex sene adolescentulum.*

Cum Aesonī senectam, Peliae uitam illa
ademerit, hæc hæsisse in memoria Cice-
roni

roni uerti est simile, cum in libello de sene-
cute sic fecit loqui Catonem. Neue tanque
peliam rexcoherit, quod propter incongru-
entiam, ut opinor, fabulæ, mutarunt in id
quod in multis legitur, tanque pilam retor-
serit. Sed idem Plautus nonne peruersè lo-
quentem sic in Epidauro introduxit para-
situm.

*Siquidem intubare uelint qui periurauerint
Locus non præberi potis est in Capitolio.*

Huic simile est illud Pacuvij, quod Clio
retulit, apud quem Græcus ita ait.

*Hoc quod memoro nostri cœlum Graij perhibet
etheria.*

Propero ut uides planè negligenter per-
ueterum errata transiens, & minime infe-
sta manu carpens. Veniam igitur ad iu-
niores, inter quos etiam ponere Senecam
non dubitarim, reliquosque doctos, quiuis
uicinæ ætatís eruditioñi sinceræ, nō tamē
studiosos laudis superiorum. Senecæ igitur
errata plurima feruntur, quæ Fabius ha-
ctenus excusat, ut eorum ascribat culpæ,
quibus aliquid inquirendum dederit. Nos
in illis referendis nō occupabimur, cōtentî

b 4 errasse

ERRATVM

errasse Fabij testimonio illum alicubi ostē-
disse. Nunquid autem Martialem incon-
gruenter dixisse putabimus.

Sum cochleis abilis, sed non minus utilis ouis,

Nunquid scis potius cur cochleare vocer?

Credidit Probus corruptum locū Ho-
mericum translatione Virgiliana,

Latone tuatum pertant gaudia pectus.

Quod apud Homerum sit. Χρυσέ δέ περ φέ-
να ληπτό. Virgiliumq; fecisse leuia & pi-
gra & cōtantia gaudia, & quasi in summo
pectore supernatantia, nescire enim sese
quid significaret aliud pertant. Ne-
sciuit profecto. Nam de iudicio Virgilij
nihil dicam. Sed quod Probus se nescire
dixit, ideo ne fieri potuit ut significaret
uerbum: At enim Lucretio illud nihil pi-
grū necq; lento significat, cū sic posuit.

Quem grauis insequitur sonitus displosa repēto

Opprimere ut coeli uideantur templa superne,

Inde tremor terras grauter pertentat.

Ouidium poteram inter superiores nu-
merare, sed & hic locus recte capiet. Qui
certe deceptus fortasse Pleiadum simili nu-
mero Hyadas septenas stellas fecit his
uersibus,

Ora

Ora micant Tauri stellis radiantia septem
Nauita quas Hyadas, Graius ab imbre vocat.

Quod ipsum nemo inuenitur (cum qui dem pauciores quinqꝫ fecerint aliqui) atque illum tradidisse. Nam in Higinis Astronomicis similiter, simili errore, siquidem est uera lectio, numerus exponitur. Idem nos quoqꝫ seduxit aliquando ut tales uersus faceremus de Venere, quae Græcis est avaduopl̄ii.

*Que madidas emersa comas ex equore sicut,
Informi ante fuit Cypria mole lapis.*

Memineram enim Nasonis horum.

Cum fieret lapis asper eram, nunc nobile signū.

Nada Venus madidas exprimit imbre comas.

Non enim dubium est, quin opus illud pictum Apelleumqꝫ fuerit. Quod & ipsi in memoria fuit, cum sic scripsit,

Illis contulerim quas quondam nuda Dionē.

Pingitur humenti sustinuisse manu.

Reprehendit Iulianus rhetor sententiam, ut Gellius exposuit Ciceronis, quæ leggeretur in oratione pro Plancio. Sed quis non uidet q̄d immerito? Quod si tanta fuisset cura isti rhetori cognoscendi eloquij Ciceronianij, quātam argutandi appetet,

b s mode

ERRATVM

modestius locuturū confidam. Intellexis-
set enim admodum placuisse hanc senten-
tiam Ciceroni, atq; adeo non confitam
ab illo, sed sumptam aliunde. Legitur enī
& in Officiorum secundo libro, & oratiōe
ad Quirites post reditum. Tota autem
est uis & elegantiā in uerbo habet. Quod
& tenere seu retinere, & cum ad gratiam
adiungitur, diuersum quid etiam innuit.
Habemus enim gratiam benemeritis, cū
declaramus uoluntatem & quasi effundi-
mus animum erga illos nostrum, cupidū
similiter bene de ipsis merendi. At qui pe-
cuniā retinet non definit debere. Qui re-
tinet autem is habet. Gratiam autem qui
habet, nonne & retinet & dissoluit quod
debuerat? Quod dissimile ergo esse dixe-
rat, quō potuisset melius eloqui q; fecit.
Hæc satis intelligentur à quolibet, qui lo-
cos quos indicaui inspexerit, quibus per-
quirendis ne occupari esset studiosos ne-
cessē, oēs uisum est hoc loco subscribere.

In oratione igitur pro Plancio sic est.
Quanq; dissimilis est pecuniae debitio &
gratia, Nam qui pecuniā dissoluit, statī
id non

id nō habet quod reddidit. Qui autem debet, æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert habet, & qui habet, in eo ipso quod habet refert. In secundo de officijs ita. Commodo autem quicunq; dixit, pecunia am qui habeat non reddidisse, & qui reddiderit non habere, gratiam autem & qui reddiderit habere, et qui habeat reddidisse. Ad Quirites uero hoc modo. Atqui in officio persoluendo dissimilis ratio pecuniae debitæ est, propterea q; pecuniam qui retinet non dissoluit, qui reddidit non habet. Gratiæ & qui rectulit habet, & qui habet dissoluit, Enodatio igitur & curiositas istius rhetoris non Ciceronem, sed se ipsa carpsit. Quid idem noster Gellius homo sanè non acutus, quid inquam nugatur de Tauri sidere et, qui Græcis est, asterismo? Quod nihil profecto ad rem. Atq; idem quæ Tiro recte dixerat, reprehendit, cuius et suculas reiecit. Sed si hac in parte succurrat forte patronus qui idem sentiat qnid ager Gellius? Credo tamen cōcedet paululum optimo omnium patrono, nem̄ liberti & sententiaz suaz. Quid ego autem

ERRATVM

tem in Grammaticos etiam recentiores
inquiram: Credamus Prisciano, multum
errasse multos. Credamus L. Vallæ Pri-
scianum scatere erroribus. Credamus alijs
illum hunc immerito insectatum, ut ad re-
centissimos tandem accedamus. Sanè hic
uir, cui ego post renatas literas iure prin-
cipem locū tribuere uideor, non ueretur
alicubi Ciceronem tāq; oscitantix postu-
lare, qui scripserit in Lelio, Disputationē
se personis accommodasse, ne inquam &
inquit saepius interponeretur. Nam ubi
autor non a se disputata, sed ab alijs reci-
tat, Quonam modo, ait, inquam interpo-
nere potest? At enim non animaduertit
Valla, totū eum locum ad uerbū esse trans-
latū ex Theæteto Platonis, necq; respexisse
ad se Ciceronem, sed illos quorū habitos
esset sermones cōmemoraturus. Ne igit,
si quem faceret recensentem illam de ami-
citia, disputationem, seu Lælium siue ge-
nerum, necesse haberet sape inquit & in
quam interponere. In ipsas potius perso-
nas omnem se oratiōem contulisse dicit.
Rixatur idē autor cum Prisciano in præ-
ceptis

ceptis de usu reciprocorum, ut uocant, offendens ad Virgilianum locum. Namque sua patria antiqua, Cinis ater habebat,, emendas scilicet illum cui soloeccismus ex ciderit. Necque uenit in metem doctissimo uiro saltem huius Teretiani, Suo sibi huc, gladio iugulo. Sed licet hoc hercle diuer,, sum esse aliquis ostendere conetur, Quid Ciceronianum illud? Non enim a te emit, sed priusque tu suum sibi uenderes ipse pos,, sedit. Quid hoc? Hunc sui ciues e*civitatem*, te eiecerunt. Quid hoc? Nolite a sacris pa,, trijs Iunonis Sospitae cui omnes C O S s. fa,, cere necesse est, domesticum & suum C O S., potissimum auellere. Nam quod in Verri,, na. 6. legitur, At hominem video auctio,, nem fecisse nullam, uendidisse preter fru-,, ctus suos nihil unque, non modo in ære ali,, eno nullo, sed in suis nummis multos esse,, Propemodium & mihi suspectum est, quo tamen nihil, uti opinor, fuerit opus, cum superioribus indubitabilibus locis uersus Maronianus satis superque defensus esse uideatur. Pontanum item doctissimū ho,, minem fuisse iudico. Is in libro optimo de ser

ERRATVM

de sermone, quot exemplis putidis nō sen
fit se pro facetis usum, dum in Latinam,
Italicæ his temporibus usitatæ linguæ fo
cationes abhorrente proprietate transfert.
Illud autem leue q̄ citans Plautinos los
cos alienis personis attribuit. Idem uero
significat ignorasse se Hercei louis epithe
tum græcam uocem esse. Quod equidem
hominis cum laude & gloria acceptū iri
confido. Nam cum sit humanum errare
ut Cicero ait, Si cuius eorum qui discipli
nas ac artes ueterum uel tractarunt pau
lo āte, uel nūc colūt uiuentes in studijs hu
manitatis, horū inquam cuiuspīam, si scri
pta ita expolita sunt ut paucula quædā
menda in illis, & quasi in formoso corpo
re neuuli extent, magis adeo hoc laudī ip
sis, q̄ infamiae esse debere existimo. Nam
cum nihil sit ab omni parte beatū, ut Ho
ratius cecinit, In quo quædam uitia ani
maduertūtur, iuxta positis uirtutibus pro
dita ea fuisse facile apparet. Quis enim in
ridicula pictura propter ruditatē, aut mā
stroso undiq̄ corpore, unius lineæ peruer
sitatem, oris de lenticulum notandum pu
tet

tet, ac non totam potius effigiem & facie
monstri cachinno prosequatur? Et sunt
multi quidem huius præsertim seculi scri-
ptores, quorum ita libri inepti sunt & alie-
ni à cultu Musarū, ut despicere docti om-
nes, carpere nemo uelit. Quis enim non
à luto manus libenter abstineat? Quid au-
tem attingat quo non inquinent nihil cer-
nūt. Quo quidē loco exemplū afferre pla-
cuit insulissimi scripti nescio cuius auto-
ris Vbñ, qui instituit, ut ipse uideri uult,
inuectiuam orationem aduersus omnes
artes, sine uia, modo, ratione, arte, scilicet
ne si ipse fecisset, non damnare penitus ui-
deretur. In quo illud est præcipue ridiculū
q̄ scelerā hominum & flagitia inter artes
ponens insectatur, congerens ac conuec-
tans exemplorū maximos aceruos. Quid
hoc hominis sit? aut quis non artem tene-
re ullam, sed sanum esse credat. In refutan-
dis uero scientijs, quid facit q̄ quod pro-
fessorum uicia exagitat. Ac quam ipse eti-
am fatetur primam esse Grammaticam,
quo, ut existimo, uere nullam esse credere
putaretur, sermone usus est putido & bar-
baro

ERRATVM

baro. Cum tamen eius diligentiam nō in
artibus, sed ut dixi, facinoribus hominum
memorandis considero, non parū miror
unum ab illo nomen rei eximiæ, ut tali in
scripto, & ipsi ualde notæ præteritum fu-
isse, quam quidem ipsius imitatione uoce
mus stulticiariam. Nam si quis stoliditate
& ineptitudine præstítit reliquis, hic cer-
te is est. Ac inuenit tamen, ut audio, admi-
ratores quicq; magnifaciant & laudent. O
sæculum uere insipidū & inuenustū. Quem
doctorum nō pígeat tædeatq; in hac cor-
ruptiōe & inanitate iudiciorum in literis
studio ingenioq; elaborare aliquid? Sed
ad propositum reuertar. Gaza Thessalo-
nicensis uir in litteris summus κῶν in ta-
lis Venerem transtulit, cum constet Ve-
nerem esse omnium talorum diuersas fa-
cies, hoc est cū steterit uultu nullus eodem
ut Martialis ait. Quid ego infinitas rixas
litigationes, conuitia doctorum in Italia
percenseam, quibus se se mutuo proscide-
runt, dum alter alteri errorem reprobat,
suum excusat, fremit reprehendi. Pudet
me respicientem ad tantā levitatem pro-
fecto

fecto illorum, qui quanque maiorem aliis
 'alio, omnes tamen eruditiois opinionem
 & famam ingenio studioque excellenti cō
 secuti sunt. Nostra tempestate Germania
 doctissimum uirum Erasmus Roteroda
 mum, Gallia Budaeum tulit. Quoru*m* Eras
 mus, ne quando exorbitasse uideri per ne
 gligentiam possit, pertinaci quodam mo
 re sibi cauere solet, dum usurpat semper in
 dubitationibus, etiam extra illas saepe, ut
 uidetur, horu*m* aliquid, quod meminerim,
 quod ego sciam, & similia. At is in Anti-
 barbaris uersiculum Pedibus timor addi,,
 dit alas, citra exceptionem sub Nasonis
 nomine citat. Credo que uideretur incons
 ueniens, qui uersus apud illum non esset
 dubitare, uel certe deceptum similitudine
 facilitatis nulla subijt dubitatio. Scripsit
 & in dialogo de pronunciatione Appelli
 obiectum a ceteris artificibus, que manum
 de tabula nesciret tollere, cum ille legatur
 id in Protogene reprehendisse, glorians
 modum diligentiae se tenere posse. Ab eo
 dem memini me puerum legere, penè in-
 ciuiliter reprehensum Stapulensem, ut
 c qui

qui ne flectere quidem Græca sciuerit, cū
 $\sigma\omega\alpha\chi\delta\tau\omega\nu$ putasset exponendū fuisse con-
dolentibus. quod ut certe non debuerit il-
lo loco. $\sigma\omega\alpha\chi\delta\tau\omega\nu$ tamen Græcis angi si-
gnificat, unde participiū recte ceciderit,
quo certe fieri potuerit ut Faber respice-
ret, non ad $\sigma\omega\alpha\chi\delta\mu\omega$. Taceo eius hono-
ris causa, quasdam friuolas suspicationes
& iudicia quæ utinam non fecisset. Quid
q̄ incertum esse scripsit soleant ne Græci
 $\sigma\omega\alpha\chi\delta\tau\omega\nu$ cum articulo adverbialiter pone-
re cum sit usitatissimum. Sed quis sic lo-
quendum credat, ut dicat, Iudæos omnes
debere tributum quasi hac uoce obligati.
Sunt ista erratula, quæ obrepunt doctis-
simis uiris minime animaduertentibus,
maximeq; adeo in grandi argumento ac
longo opere. Budeus uero reprehendit
Ciceronem, qui scripsiterit apud Homerū
Laerten lenientem agriculturæ desideriū
quod è filio capiebat, agrum facere sterco-
rantem. Cum id necq; in Odyssæ a', necq;
z'. necq; o'. legatur, ubi tantum mentio fiat
Laertis, nisi obseruatio sefellerit. Bene sa-
nè, quanq; erat satius nō committere cur
exceptio

exceptione esset opus. Fit profecto enim & in λ. & §. & δ. Laertis mētio. Sed de ster coratione nūsqām tamen est. At ego Ciceronem uerba græca melius intellexisse ἐξ Budæum crediderim, doctissimum qui dem uirum, sed tamen Gallum, & natura post literas semel intermortuas. Neq; si Budæus non putat Laertem apud Homērum dici stercoratiōe agrum colere, ideo libentius illi docti ἐξ M. Ciceroni assentiēntur, præfertim cum pro hoc etiam Plinius testis accedat, qui idem tradidit. Nō enī aliū est in illius libro 16. Regius: cer~~te~~ senex. De Entelechia ἢ Ciceronem iā post Argyropyli & quorundam aliorum conuicia flagellat, quid dicam? Evidē spero futurū, ut existat aliquis hac in parte nominis & doctrinæ Ciceronis assertor, & si uere auguratur animus, iam mouet opus. Nos neq; scripti neq; ingenij angustia facere siuit. Iā quale est hoc quod sugillante Erasmo sic defendit maximo iurigenio, & admirabili literarē facultate, ut aliter & recte quidē in autographo quod domi habeat legi affirmet? Quid enī hac

c. 2 argu

ERRATVM

argumentatione fieri leuis aut uulgari-
us potuisset. Ac quasi hoc ipsum non er-
ratum fuerit, uitiosum in lucem emissum
quod in umbra bene se haberet. Nec enim
sola ignoratio peccatum est, sed error eti-
am, negligentia, oscitantia, falli, quocun-
que modo abduci a uero, quae perfecto sunt
turpia omnia, & si est aliud alio in honesti-
us & magis dedecorum. Quare miror
quorundam etiam doctorum negligenc-
iae quasi affectatione, iactantium & ce-
leritatem & incuriam suam, & ut dicunt
extemporalitatem in scribendo. Non enim
haec laudem habent, sed necessitatem, ide
ocque & digniores uenia putantur in his la-
psus, sed extra illam usurpare quis ferat.
Nam quamvis quid politum nitidumque
sit, si tamen hac Venere careat diligentiae
& curae, nescio quomodo inamabile est
& ingratum. Verum redeo ad illa, quae
omnia turpia dixeram. Quod cum facio,
nimis uitij & turpitudinis meipsum con-
demno. Sed & hoc ipso fortasse nomine
minus deforme erratu uidebitur, cum co-
ritendo corrigere potius quam inficien-
do.

do augere maluisse iudicabor. Cum autē cogito q̄d facile quāq; in proliui, ac ut ue-
rius dicā, ineuitabile sit hominibus in er-
rorem prolabi, profecto me cōmuni nos-
stra sorte & conditione non mediocriter
non hac in parte, sed alijs in magnis qui-
busdam & flagitiosis peccationibus con-
solor, necq; recuso ferre, quod natura im-
posuit, ut alia generis humani fatalia ma-
la. Nā si nihil inueniri potest in vita perse-
ctum & inculpabile, non esse uidetur, cur
quis nīmis moleste ferre uelit se culpa ad
eo aliqua sua dedecoratum. Qui enim ho-
mo sit, nisi pati uellet, quæ fert naturæ
modus & constitutio.

Patrem oportuit cum lege certa gignere

Deum sub imperio aliorum & nomine.

ut Tragoedia ait. Quid ego homines me-
moro, miseriæ & aduersitatibus natū ani-
mal, cū ne Diuis quidem suis sapientissi-
mus poeta pepercérít, quo minus illis no-
cendi quandam & seducendi artificē De-
am apponeret, quam à detrimenis & da-
mnis, quibus peccata nunquā carent, no-
xam ille nominauit. Non tamen uideri

uelim, cum hæc ita dispueto, patrocinari delictis ac erroribus non magis profecto quam si quis medicus ægrotantem iubeat in grauissimo morbo, bono esse animo, morbum ipsum probare uideatur. Consolationem enim post peccatum quæro, nō excusationem illius. Sed adoriantur nos ueteres quidā sapientes, qui in nostra manu non quidem rerum euentus, sed consilia collocauerūt, quicq; omnibus in factis, dictis, sententijs præstandam culpam censuere sapienti, quod ratione & mente facile possit efficere. Ac differuntur hæc quidem præclare, sed qui ad tales perfectio nem uenisset, repertus adhuc est nemo. quo satis indicatur, imaginem & speciem illam sapientiae non personam constitui, quæ animo fingi soleat, re ipsa ostendi nō possit. Nam ubi assensionem ita liquidā, ut in sapiente describunt, demonstrauerint, qua nullus pro uero falso assumat. Quot sunt quæ obiecta nobis sensus fallunt, perq; illos similiter ad iudicium rationis perducta assensionem in errore penè uiolenter extorquent. Quid autem est cogita

cogitationibus leuius, uolucrius, fallabilius? Quibus deceptis à sensibus prius etiā q̄ ratio & mens tespexerit inculcatur a nimis nostris opinionum fallitas. Sphærus Chrysippi familiaris Alexandriæ coram Ptolemæo rege, fertur aliquando cōpræhensionum hoc & assensus dogma disputasse, & multis uerbis docuisse, sapien tem falli nunq̄ posse. Tum festiuum Regem tradunt in coenam iussisse parari auiculas fictas ē cæra maxime assimiles ueris & assis. Cumq; illis appositis philosophus manum iam ut sumeret proferret, retinuisse eum & admonuisse habitæ orationis de assensu, cæram enim esse quam sapiens ipse pro auibus appeteret. At illū cum manifesto teneretur, non tamen obticuisse ferunt, sed effugium quæsiuisse uerbis, ut consuevere professionis huius philosophi, Quod diceret non se quidem assensum cogitationis uiculas illas esse sed quod auiculas esse consentaneum & probabile uideretur. Quod quid est aliud dicere, quam fateri assensionem sapientis tutam defensamq; oratione ab omni er-

rore, in errorem re ipsa præcipitatā. Sed circumuentam, inquit aliquis, & fraude insidijs eoz captam. Quasi uero hoc non ipsum sit errare, falli, decipi, eludi, parū pro spicere, circumscribi. Nullus profecto Cæcias tam ad se nubes rapit, nullus undas uortex, nullus turbo procellas tāta ui cōuoluit, quām attrahit assēnsionem, & ut ita dicam, obsequelam uoluntatis, opinionis dulcedo & grata uoluptaria eoz cogitatio. Vnde omnia delicta ac errata in uita, morib⁹, artibus, studijs, dictis ac factis oriuntur, atq; in hoc illæ sunt ωλλαλ μερφαι συστηματων. Quibus Dei, ut Eurip. dixit, σφαλμονιν μας. Seposui supra uoluntaria peccata, quib⁹ ut aiebam, nulla uenia dari posset. Quis enim libenter delinquenti ignoscatur? Intelligendum igitur non nisi de contrarijs lapsibus nos loqui, maxime in studijs & literis, cum homines etiā boni ac docti amplexi quod se obtulit nō amittendo necq; mutando decipiuntur, rati tenere se uerum, cum falso sum compræhenderint. Quod cū sit cotidianum & in nobis & in alijs, citius tamē in

in alijs consueuimus animaduertere, quo quidē impense magis unusquisq; se suaq; diligit, quo sit ut erretur admodum, excis tante studio & amore erga nostros quasi partus inuentionū allucinationes. Cui au tem non placent sua, recte enim illud dicitur; Ille metus mihi mendicus rex suis reginæ placet. Huc accedunt rationum fal sitates, quibus sāpe quod pulcerrime est collectum ac constitutum minime efficit aut obtinetur. Nam de principijs non ueris, quis splendeat speciosumq; uideatur quod deductū est, nullo tamen modo posset consistere, ut si quis non exquisita re forte concesserit, bis bina sexesse, conseq; quens scilicet sit, quater bina esse duodecim, atq; ita deinceps om̄ia præclare ad hunc modum deducantur, sed quorum ueritatem tueatur nihil. Euripides quadam in fabula, cui nomen esset Danae, fecit chorū cū spectatoribus agentem causam poetæ, quod ipse inusitatius in tragico carmine multum usurparet. Non aut obseruarat mulierum illū esse. Itaq; hoc neglecto totum illum locū mutatione generis

ERRATVM

neris mirifice deformauit. Herodotus negat terras Oceano circūflui, irridetq; uulgas eius formæ tabulas, & ratiocinatur quomodo id fieri non possit. Sed quid hoc tempore cōpertius putatur? Negat sub Septentrionibus apes durare pōse, quod aprica loca & solem illud animal sequatur. Sed nusquā maiorem copiā mel illis q̄ ex locis afferri constat. Quis nescit quantoperæ Epicurus, eumq; seculi plāericq; Geometriæ elementa irriserint quæ creduntur esse certissima. Aegyptij proxime terram Lunæ globum & supra illam statim Solis, tum Veneris & Mercurij posuere. Eorum rationem approbauit secutusq; est Plato. Sed nonne posteriores sperarunt sese declarasse, ita ut oculis penè subiacerent, diuersum ordinem, quem & alicubi tam impense Platoni studiosus tradidit Cicero. Nullus finis futurus sit, si & iudiciorum diuersitates colligere uelim. Quotus enim quisq; reperitur, cui de eadem re idem quod alteri placeat ac probetur. Inter quos duos una in sententia congruisse omnia cognitum

tum est. Quod si est ueritas simplex, unusq; modi, consequens fuerit dissentientium unum falli & errare. Hæc potissimum inter literatos dissidia uigent, quib. idem plurib; uideri & quasi cōuiuis sapere, nō ut de his Horatius scripsit, tribus, sed duob; bus, sed ipsis sibi heret & nudiustertius, inter rarissima uisu compertuq; ponendum duxerim. Non placuit Bruto ratio defendendi Milonis, quam initam à Cicero sciret. Respuuit idem totum iudicium illius de opt. genere dicendi. Varro commorientes fabulam Plauto adimit, attribuit Terentius. Fecit Regulū orationem sapientia & pietate summū Matrialis, quem quibus uerbis satis uituperet & impietatis & stulticiæ nomine Plinius uidetur nō potuisse inuenire. Quid nonne Ouidius formosissimum tempus autumni dixit, quo essent matura omnia, cum ueris uiriditati & floribus hanc laudem tribuisset Virgilius? Nonne etiam Theognis sic fecit, πνεύματοι κόρος ὑπέρ. Cū oraculū quā uocem diuinā intelligi uolūt diuer

ERRATVM

diuersum pronunciauerit, faciens κόρον ἢ
βρεος γόρ; Licebat hoc loco multum de
interpretibus iuris ciuilis memorare, quo
rum scientia cum sit rerū uiorsantium in
controversijs & dubitationibus, non em
dicam ut Cicero, fictarum & commenti
ciarum respicientibus ad alia alijs quam
statuant diuersa. Non de illis quidem nu
gatoribus loquor, quorum nomina hodie
& libri tenentur, sed de ueteribus. Pote
ram & alia plurima exempla dissensionū
in medium producere, spacioſiſſimus em
ut uides, hic ſe campus aperit. Nobis ta
men cum non sit propositum erratio
num tanquam historiam texere, sed cō
memoratiſ insignibus aliquot noſtrām
quaſi inuoluere & obtegere, In illum ex
currendum non fuit, cum minus breues
hoc scripto quam debuerimus fuſſe uide
ri poſſimus. Quapropter finem faciam,
nō ut ſæpe dixi, excuſationis noſtræ, ſed
deprecationis. Si unum te orauero, ut ſi
perfuadere tibi nequeas, prorsus deformi
tate nos hoc facto carere, minus faltem
turpem

turpem illam ducas hac quasi in societas
tentorum virorum. Iudiciumq; de me
tuum, quod mihi multis splendidissimis
testimonij suis perspectum est, conser-
ues & retineas, Sin id no poteris, ne amo-
rem tamen & benevolentia erga me tuā
imminui patiare. Vale, è Norico.

IOACHIMI

CAMERARII AEOLIA, AD
Clariss. V. Mauriāum Huttenum.

QVAM uarie uentus commotas imatet auras,
E ueterum libris cogere lecta iunat.
Hoc tibi opus proprium iam nunc Huttene dicamus,
Vt sit quicquid erit nominis omne tui.
Sic liquido coepta auspicio quemcumq; habitara
Sunt finem, finis non erit ille malus.
Te magnum uirtusq; facit studiumq; fidesq;
Et reliqua Huttena nomina digna domo.
Ex illa quicquam posset prodire nisi ingens
Luminā non ita sunt plurima nota mihi.
E quibus ipse tuo fulges cum fratre Philippo,
Vt plena in clara nocte Diana face.
Et uobis studiuāq; meum, meipsumq; probari
Est mihi ab ambobus maxima facta fides.
Tuq; ut non possis non que colis ipse probare,
Sic quia te cernit nos quoq; frater amat.
Frater in augusta Caroli celeberrimus aula,
Gensis honor patrie gentis honorq; suæ.
Ab me illi socium quondam liauissct habere,
Auriferi cupidum regna uidere Tagi.
Tunc ego non tam Castiliam peragrasse superbam
Glorier ac Comitem fratrem habuisse tuum.

Sed

Sed quanquā hoc præedit iter casusue Deūsue,

Glorior hic aliquo quod fuit usq; comes.

Hic quo, Germanas Sol quatenus aspiat oras,

Nil maiore animo, sp̄e meliore, uidet.

Qui non quæq; pedes & eques quæ munera belli

Gesserat illa satis laudis habere putat,

Ac nunc magnanimo iunxit se pectore clausi

Indiam ab occiduo quæ petit Oceano.

Et nunc forte neq; hæc uentorum flamina sentit,

Nec sibi in his terris fidera nota uidet.

Sit plaudum marc utrung; tibi, quodq; illa superne,

Quodq; uidet si qua est è regione fera.

Omnia sine uotis terraq; mariq; secunda,

Virtuti iuuenis nate Philippe, tuis.

Vt quondam incolumi patriæq; tuisq; reuerso,

Nemo sit in terra par tibi Teutonide.

At tu nang; tibi quale hoc, est ainq; mouetur

Mauriæ exiguum susâpe dexter opus.

Non una ratione uias, loca, nomina, cornes

Ventorum, in ueterum commemorata libris.

Saliat hoc uerum est. neq; que uis conatet oras,

Nec sari in quem uis diffluat illa locum.

Quiq; souct mundi infinitum spiritus orbem,

Nunc haec nunc alia parte modoq; ruit.

Qui simul Aeolijs atq; est emissus ab antris

Exultans ætam nesciat obire uiam.

Quo sedet & clauso uentorum arare regnat,

Imperio.

AE O L I A

Imperio Hippotades subditi flabra premens.
Aeolus Hippotades tribuit aui luppiter olim
Ventorum uasto sceptra tenere speau.
Ille regit populum iusq; mulctq; furentem,
Conuersa nec idem aspide pandit iter.
Hinc ueterum ualuit nibil obseruatio longa,
Quia non aura omnis mota uocatur idem.
Utq; sancti homines aucti sol cxcat unde,
Quaq; suos sero uestigia flectat equos,
Aut loca que teneant inter septem astra triones.
Alter et aduerso fixus in axe polus.
Sic bis flabra duo priscorum aura notauit,
Insignita locis nominibusq; suis,
Carmine diuini nec plura leguntur Homeri,
Euri cum Zephyro, cum Boreaq; Noti.
Sed ueterum inuentis aliquid superaddere sueta
